



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Vvitebergae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Vir non maiorum saltem splendore, & honestis  
 Et longè & late notus imaginibus.  
 Sed virtute, bonusq; animi tam notus in vrbe hac,  
 Quàm vel Aristides vixit in vrbe sua.  
 Iustitiam coluit summè, dans cuiq; parato  
 Pectore, quod proprium cuiq; sciebat, ouans.  
 Quantum at in studio seruanda religionis  
 Exititit, facile hoc inde patere potest:  
 Quod multos aluit iuuenes doctosq; bonosq;  
 Et foris, atq; domi, sumptibus ipse suis.  
 Pauperie oppressos, fortuna humiliq; iacentes,  
 Munifica est solitus sapè leuare manu.  
 Mortuus est verd sic, vt qui non moriturus  
 Vnquam est: viuit enim cum genitore Deo.  
 Corpus in hac vrna mortis ludibria passum  
 Dormit, in hunc ipsum scilicet vsq; diem.  
 Quo caro consurget rursus mortalis, & antè  
 Confluet, atheri ludicis ora sui.

POSTRIDIE S. THOMAE.

VVITEBERGAE.

IN TEMPLO OMNIVM  
SANCTORVM.

**H**ENNINGO GODEN Havelbergensi, Iu-  
 reconsultorum suæ ætatis facile principi,  
 huius Ecclesiæ Præposito, ac B. Mariæ Er-  
 phurdensis Scholastico, Canonicoq; extrema æta-  
 te, sed florētibus honoribus, Anno Christi 1521.  
 XII. Kal. Febr. hinc vita functo sepultoq; MAT-  
 THIAS MEYER I. C. Cathedralis Hildenshei-  
 mensis, ac prænominatæ Erphurdensis Ecclesiæ Can-  
 noni-

nonicus eius vltimæ voluntatis primarius execu-  
tor, patrono optimè merito gratitudinis ergo  
F. C.

FRIDERICI III. DVCIS  
SAXONIAE.

*Hæc quicumq; vides oculo proper ante viator,  
Ad sacra ne pigeat sistere busta pedem.  
Ille FRIDERICVS, duce quo Saxonia felix,  
Ardua sacrarum tollit ad astra caput.  
Qui, quamuis tota arderet Germania bellis,  
Effeci pacem gentibus esse meis.  
At senio tandem longis confectus ab annis,  
Hic tegor exiguo conditus in tumulo.  
Virtutum laudes, & famam longa mearum  
Posteritas semper (sit modò grata) feret.  
Decessit anno Christi M. D. XXV. die v. Maij.  
Vixit annos LXII. mens. III. dies XIX. horas  
ferè IIII.*

ALIVD.

ORA, ET LABORA. IN LABORE  
PRAEMIVM.

*Hæc MATTHAEE tenes te VVESENBECK  
sub vrna:  
Sed laus doctrina nescit in orbe mori.  
Obijt v. Iunij, anno Dom. M. D. XXXVI. æt. LV.  
Natus Antuerpiæ 1531. suæ ætatis Iurisconsultorum Principi.*

IBIDEM.

*Hæc PETRVS OTTONIS recubat sub mola  
sepulcri  
Ille Mathematici ductor ad astrapoli.*

Dum sacra Leucorij moderatur regna Lycæi,  
 Occubat, & calipatria regna migrat.  
 Qui teris hoc saxum, ni saxo durior hoc es,  
 Dices: his benè sit corporis exuujs.

## IN D. MARIAE.

AD TABVLAM, IN QVA CHRISTVS CVM  
 Discipulis Coenam celebrat.

Sive hanc, siue aliam referebas ore figuram,  
 Gnate Dei, ex pura virgine natus homo:  
 Certè hominis tibi forma fuit speciosa decori,  
 Cui gratum adflauit læta iuuenta decus.  
 Corpus & haud dubiè validum, toleransq; laborum,  
 Quodq; famem potuit ferre, sitimq; diu.  
 Hoc loca testantur multa, & distantia longè,  
 Qua cursu assiduo sunt peragratatibi:  
 Inq; preces vigiles, in tot certamina summum  
 Robur erat, quod non frangeret vllus agon.  
 Hei pietas, si quanta tua est? quam pignus amoris  
 Ingens erga hominum, Christe benigne, genus?  
 Quod fragili de carne hominum istos induis artus,  
 Et morti horrendæ debita membra subis.  
 Vt nostram carnem pollutam sordibus, ipse  
 Contactu emundes, restituasq; tuo.  
 Quod sumus ergo, sumus, te nos gestante, tuisq;  
 Pendentes humeris vile leuamur onus.  
 Hanc, ô Gnate Dei, miseram ne desere massam,  
 Ne fiat stygio præda petita lupo.  
 Sed placideq; foue, firmoq; amplectere nexu,  
 Perpetuo vt sinus sarcina grata tibi.

IN MARTINI LVTHERI EFFL-  
GIEM ANONYMI.

*Tali Bacchus erat, tali Gargantua vultu,  
Tale triplex mentum Pantagruelis erat.*

IBIDEM.

*Hic iacet extinctus, prob! Mellerstadius ille,  
MARTINVS POLLICH, gloria magna virum.  
Philosophus, vates, Medicusq;, Theologus ille,  
Prob! iacet hic nostræ Duxq;, parensq;, schola.  
Quiq;, reformator vice cancellarius omnes  
Sustinuit casus; Spiritus astra subit.*

Obijt ann. Dom. M. D. XIV. VI. Kal. Iann.

GEORGII BARONIS A LAM-  
BERCK.

*Quem florere vides hodie, cras occidit ille:  
Quid sumus, ab? miseri? puluis, & vmbra sumus.  
Puluis, & vmbra sumus, metā properamus ad vnam,  
Qui bene desierit viuere, saluus erit.  
Sic quæq; GREGORIVM lumen vitale reliquit,  
Qui Lambergiaco sanguine natus erat.  
Viuus ad aetheream migravit spiritus arcem,  
Eius in hoc tumulto molliter ossa cubant.*

GEORGII SCHVVICKERI.

*Quisquis ades, tabula ne sic mirere colores,  
SCHVVICKERI studijs vt moueare parum.  
Eius ad exemplum patrios tempisse penates  
Discito, diuitias spernere disce puer.  
Hic tibi vel iuuenis, vera pietatis imago,  
Hunc sequere in studijs sedulitate tuis.*

*Fig. ita, SVVICKERO veluti tibi dextera sedes  
Aethereas, sortem iudicis vrna dabit.*

VRSVLAE BVRENTIAE SALOMON  
ALBERTVS SEPTENVIRALIS IN  
aula Dresdensi Medicus hoc  
mon. F. F.

*Hic posuit SALOMON ALBERTVS quatuor um-  
Vxorem, matrem, filiolasq; duas. (bras,  
Surgere nemo potest diuinae lucis ad auram,  
Qui non mortali ponitur umbra solo.*

GEORGIO A MILTITZ NOBILISS.  
Adolescenti aetatis XVII.

*O vitam inuitā! O spem exspē, sortemq; gemendam!  
O fata tristia, commoda atq; incommoda?  
Vita fugax hominum est, volucrisq; simillima somno,  
Et omnibus breue est, & irreparabile  
Tempus; purpureum florem mors atra iuuenta  
Carpit, senectam demetitq; marcidam.  
Mente vrgescentem rara, gente atq; vigentem  
Carā (heu) dies speculum iuuenta atra abstulit  
MILTITZVM morale decus, patriaq; perenne  
Alter mihi hoc non carior, non rarior.  
At citius moriens, citius petit aetheris aulam,  
Elysum & ipse cum beatis incolit  
Christicolis: praemississe haud perisse putetis,  
Et cum Deo regna tenere caelica.*

D. O. M. S.

LVDEMILLAE FRIDESINAE ALBINAE,  
prisca matronarum virtute ornatissima vxori,  
vnanimi, concordi, fidei, dulciss. cum qua sine lite  
vixerat

Cc 4

vixerat PETRVS ALBINVS Niemontius con-  
iux deſolatiffimus, mœroris indefeſſi, merito poſ.  
Vixit ann. XXIII. M. V. Obijt II. puerpera. III.  
Kal. Mart. anno M. D. LXXXII.

*Corpus terra, melior a calum poſidet.*

Ὁύμε βλάψον αἶνω.

*Vitam ego, te geminam vixi viuento, fuiſti  
Supra hanc, quam viuo; tu quia vita mihi.  
Morte tua ex animis viuam, nam conditur vna hic  
Maxima tecum anima pars LVDEMILIA, mea.*

## ALIVD.

Depositum hîc eſt, ſpe certiffimæ reſurrectio-  
nis, corpusculum IOANNIS FREDERICI à  
VVEIHE I. C. filioli cariſſ. qui dum in hoc mun-  
do annum, IV. menſ. XVI. dies conſumpſerat, ipſe  
fontico morbo conſumptus, & mortuus eſt, VII.  
Iulij, anno M. D. LXXXIV.

*Felix ô nimium futurus olim  
Eſt, cui ſic citius mori placebit,  
Quam mundo malè ſerius perire.*

P. P. M. E. C.

MICHAELIS VARADINI  
HVNGARI.

*Dum benè ſperata virtutum laude placeret,  
VARADINI MICHAEL patria cura ſolâ  
Mortuus in priſcas olim reditur a figurâs,  
Nuper in hac ſterili membrâ reliquit humo.  
Dum tamen exuias retinebit corporis vrna,  
Hospita ſiderium pars colit ipſa polum.*

Quisquis es, & gelidapositum spectabis arena,  
Expectes vita tu quoq; fata tua.

Obijt anno M. D. XC. VII. Octob. ætat. XXIV.

## IN CAMPO SANCTO.

ANDREAE FREIDEMANNI.

Hæc FREIDEMANNIADES lapidis sub mole qui-  
Nec poteram tumulo floridiore tegi. (esco,

Quot dilecta putas me circum pignora matrum

Hocce peregrino contumulata solo?

Integritas vitæ, morumq; virilis honestas,

Et studij vigilax, & pietatis amor.

Clarabant iuuenem, poterantq; referre parentem,

Hos nisi conatus frangeret atra dies.

Lamq; magistralis sperabam præmia mitra,

Cum fluerent vitæ lustra quaterna mea.

Ita quidem magni faciendæ, sed omnibus vnum

Præfero, quod? faciem posse videre Dei.

Obijt die XXX. Iunij anno M. D. IIC.

ætat. XX.

## MICHAELIS MENCII.

Natus erat cano patri, atq; hoc carior illi

Natus erat, vitæ sed brevis vsus erat.

Nam primis animam iussit mors ponere cunis,

Et vix visa illi vitæ relicta fuit.

Quo breuius vixit terris, hoc æthere viuet

Longius: hæc mæstum spes leuat vna patrem.

Obijt anno M. D. LXIX. die XXVIII. Decemb.

ætat. M. III. D. II.



EPITAPHIVM, QVOD BALTHASAR  
MENCIYS LETHALITER DECUMBENS  
Romæ sibi ipse fecit.

*Parcat liuor iners tenebris & morte sepulto,  
Cuius nunquam vlli vita molestæ fuit.*

*Stemmæ Menciades, patria sum saxo, Camæni,  
Ars mea, & æterno seruijt vsq; Deo.*

*Scis iam, qui fuerim; quis tu sis, nescio, Lector,  
In tenebris: ipsum te rogo nosse velis.*

VVIRTEBERGENSIA.

**I**llustriss. Principi ac Dominæ, D. ANNAE Du-  
ci VVIRTEMBERG. Ducis Vldrici, &c. filie  
dulciss. Quam benigna Dei manus ex ista fragi-  
li & caduca rerum humanarum cōditiōe, nedu-  
tius calamitosis & tumescētibus ærumnarum pro-  
cellis misera quateretur, adolescentulam teneri-  
atq; in ipso blādissimo virginitatis flore an. Domi-  
ni M. D. XXX. mens. Iunij XXIX. ætatis verò eius  
XVII. feliciter eripuit: huic, inquam, in hunc lo-  
cum amœniss. vbi iam Carthusianorum lætibola  
Auraci, cū illic ann. XXI. v. sepulta iacuisset, col-  
laberentur, traductæ Illustriss. Dux Christoferus  
Dux VVirtemb. clementiss. vnicae sorori suæ dile-  
ctiss. ad perpetuam memoriam hīc erigi voluit, an-  
no Domini M. D. LIV.

CHRISTO CRVCIF. GLOR.

Memoriæ Illustrissimi Principis Vldrici Ducis  
de VVirtemberg. &c. infantis dilectiss. P. Qui vi-  
xit mens. II. d. I. ☉. an. Christi M. D. LVIII. mens.  
Iulio, d. VII. cuius ossa VIII. eiusdem mens. huc  
ad aui-